

Hieronymus cum capello cardinalat: Quarto arguit ex c. Ecclesia ubi q. ubi ait Hiero. Ecclesia senatus habet ubi dicit archidiaconus. Hoc quodam intelligit ecclesia romana quae dicitur habere senatum id est collegium cardinalium. quod dicitur habere auctoritatem senatorum. ar. r. c. x. d. Constantinus. Et hanc sententiam tenet Innocentius extra de re iudi. C. te. Cuius autem verbum illud fuerit beati Hieronymi et dicat ita nos senatum habemus. videtur clare quod numeret se in numero cardinalium. Quinto hoc videtur haberi clarissimum cum ab omnibus videtur et confiteatur ordinat. presbiter ecclesie romane. presbiteri autem ecclesie romane sunt presbiteri cardinales ut videtur colligitur ex c. Constantinus. ubi ait imperator Reuerendissimus clericis sancte romane ecclesie presentibus illud culmen singulis pone re ubi clarissime patet nomine reuerendissimorum intellexisse dominos cardinales. quod nomen non conuenit nisi viris constitutis in dignitate. ut in c. In nomine domini. d. r. m. J. h. m. c. Nulli. ij. q. m. super glossas de clericis romane ecclesie J. h. v. videtur colligi non respondendo varijs quibusdam argumentis quae non ob aliud Hieronymum cardinale ne gasse videtur. nisi quod in eorum codicibus non leguntur. aut quod stulti sunt. ut quod Chirgilius aut Tullius non dicit. aut proprio sensu visus non fuerit. nulli auctoritatis esse putentur. **I**n festo beati Francisci. Est euan. Confiteor tibi re. math. xi. Circa quod potest disputari sequentes questiones. Prima. Utrum pneuens fuerit secreta fidei non reuelari sapientibus et prudentibus et reuelari parulis. Secunda. Utrum beatus Franciscus fuit de numero paruulorum quibus reuelata sunt secreta celestia.

**D**e primam questionem sic proceditur. Et videtur quod non fuit conueniens secreta fidei non reuelari sapientibus et prudentibus et reuelari parulis. Primo sic. Illis sunt reuelanda secreta fidei in quibus magis fructificare possunt. Sicut semen melius seminat in terra culta et bene preparata. sed magis hoc fit cum sapientibus et prudentibus secreta reuelantur quam cum paruulis reuelantur. Scribit enim Prover. ij. Audiens sapiens sapientior erit. quam secreta conuenientius reuelantur sapientibus quam paruulis simplicibus. Secundo sic. Si misteria fidei absconduntur a sapientibus non erunt sapientes culpandi si ea non credunt. facta enim ex auditu est. ad Ro. x. Tertio. Quid est quod gratias reddit. quod hec a sapientibus sunt absconsa. quod videtur gaudere de cecitate illorum. et quod dicitur causa diuisionis hominum. In oppositum est euangelium. In iero. Dicendum est quod sunt isti quibus absconsa sunt misteria christi et qui paruuli quibus reuelata sunt. Primo enim sapientes quibus absconsa fuerunt misteria christi sunt paruuli propter superbie tumiditatem in sapientia humana presentibus. Et isti fuerunt sapientes in oculis suis de quibus Aug. dicit. quod illi precipui gentium paruuli qui illa quae facta sunt agnoscere poterunt. tamen quod sine christo paruuli facti sunt. eo quod nec eum venturum prophetis nec venisse apostolis crederent tumida eorum superbia obscuratum est insipientes cor eorum dicentes ei se esse sapientes stulti facti sunt. ut dicit ad Ro. i. Paruuli quibus reuelata sunt misteria dei fuerunt abiecti piscatores qui facti sunt doctores orbis et lux. Cuius apostolus. Despecta namque elegit ut fortia queque profunda. vii. Aug. exponit Paruulis. id est humilibus non de se presentibus. Secundo absconsa sunt secreta fidei sapientibus paruulis propter fidei incredulitatem. quod nec ipsi voluerunt